Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036

Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

no quoniam adiutor et protector factus es michi. et liberasti corpus
meum a perdicione. a laqueo lingue inique. et a labiis op
erancium mendacium. Et in conspectu presencium factus es
michi adiutor. et liberasti me secundum multitudinem misericordie nomi
nis tui. a rugientibus preparatis ad escam. et de manibus
querencium animam meam. et de portis tribulationum que
circumdederunt me. et in medio ignis non sum estuata. De
altitudine ventris inferi. et a lingua coinquinata. et
a verbo mendacii. a rege iniquo. et lingua iniusta. liberasti
me. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum et vita
mea appropinquans erat in infernum deorsum. Circum
dederunt me undique. et non erat qui adiuvaret. Respici
ens ad adiutorium hominum. et non erat. Memorata sum
misericordie tue domine et cooperationis tue. que a seculo sunt. quoniam
eruis sustinentes te. et liberas eos de manu odiencium
te domine deus noster. Lectio Sapiencie.

Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meam.
et pro morte defluenti deprecata sum. Invocavi do
minum patrem domini mei. ut non derelinquat me in die tri
bulationis mee. et in tempore superborum sine adiutorio. Lau
dabo nomen tuum assidue. et collaudabo illud in confessione.
et exaudita est oratio mea. liberasti me a perdicione. et eripu
isti me ~~de tempore~~ de tempore iniquo. Propterea confitebor
et laudem dicam nomini tuo domine deus meus. Ad corinthyos

Fratres. Qui gloriatur. in domino glorietur. Non enim qui se ipsum
commendat. ille probatus est. sed quem deus commendat. Uti
nam sustineretis modicum quid insipiencie mee. sed et sup
portate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despondi

Feria v de corpore Christi

Secundum Johannem

In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo. Sicut misit me vivens pater et ego vivo propter patrem et qui manducat me et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de celo descendit non sicut manducaverunt patres manna et mortui sunt. Qui manducat hunc panem vivet in eternum.